

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ebrietas 1  
cum fontibus primis

Ebrietas est blandus demon, dulce uenenum,  
suaue peccatum

quam qui habet se ipsum non habet,  
quam qui facit peccatum non facit,  
sed ipse totus est peccatum.

Augustinus in quodam sermone.

→ Hanc qui habet, se non habet;  
hanc qui habet, homo non est;  
hanc qui habet, non peccatum facit,  
sed est ipse peccatum.  
Ebrietas est daemon blandus, uenenum dulce,

← rabies uoluntaria, inuitatus hostis,  
inlecebrosa honestatis et pudoris iniuria.

← Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 26.4  
(CCSL 24, A. Olivar ed., p.150, ll.67-71).

O ebrietas tu mentem caecas,  
judicio recto cares, consilium nullum habes,  
blandus daemon es, venenum dulce es,  
→ peccatum suave es.

Augustinus (pseudo) Belgicus, *Sermones ad fratres  
in eremo commorantes*, 33 (PL 40, col.1295).